Ratio propter qua vincit hec

vis est sol tamen opera veniencia per aliam vim minorem ita possunt vim prenosticationis intelligere. illi qui vicem in eis apposuerunt et multotiens experti fuerunt sicut marinarij qui sciunt particulares motus accidentes in aere hiemali et ventos currentes per cursus magnos a longo tempore

Haly

Ptholomeus glosat nobis per hec verba dictum quod ante dixit. Dicens ita. quod res propter quam ~~populares et animalia muta~~ nescientes populares et animalia muta intelligunt mutationes magnas currentes ordinate est vis magna solis vincens in commixtione que fit propter coniunctionem virtutum stellarum, et propter hoc mutationes multotiens que fiunt per alia vim minorem quam sol nequeunt intelligere nisi qui multotiens ibi inspexerit et experti fuerint longo tempore sicut marinarij. qui sciunt propter cursum stellarum id quod accidet in aere hiemali de augmento uel detrimento ipsius Et similiter id quod accidet mutetur a longo tempore venientibus. hoc enim sciunt propter potentes[?] a marinarijs euntibus super mare. et maxime in illis qui habent vitam in mari in die

Ptolomeus

Et hoc quod eis contigit

propter participationem quam luna et stelle fixe habent cum sole in figura.

Haly

Volt dicere quod marinarij propter experientiam longi temporis sciunt quod mutationes particulares in aere accidentes sunt omnes propter participationem lune et stellarum fixarum cum sole in qualibet figura Et quia hoc dicunt uel verbum secundum alia verba prudentia dicimus quod similiter laboratores sciunt et pastores

Et quia isti non habent vim

intellectus sic magnam quod sciunt bona stellarum et tempora rerum quas diximus certificare. nec sunt hic experti complete nec per sensum cursus nec per planetas erraticos. quod est res que dat magnum auxilium in sciendum res quas diximus accidit eis errare multotiens in rebus istis sciendis

Haly

Volt dicere quod laboratores et pastores et marinarij et ceteri omnes. quibus competit experiri res quas dixit, quoniam nesciunt cursus solis et lune et aliorum planetarum et stellarum fixarum. nec de figuris nec alijs maneriebus. nec experti sunt hoc multotiens. vbi debebat. nec sciunt virtutes et opera planetarum erraticorum nec eorum cursum qui in operando habent vim multum maiorem quam stelle fixe accidit eis errare multotiens in prenosticationibus quas debet scire per stellas Et si hoc sciuisset complete posset scire res particulares debentes accidere in hijs que eos scire oportet

Et postquam ita est que res

prohibet ei qui nouit motum stellarum omnium et solis et lune itaque nichil sibi deficiat in sciendo loca et tempora in quibus eis figure accidit et naturam nouit cuiuslibet ~~horum~~ eorum demonstrationem sapientum antiquorum. qui hoc longis temporibus et multotiens sunt experti vnus sit[?] per aliud quamuis nescit at naturam sibe[?]. Sciat tamen virtute qua operatur sic nouit homo. quod virtus solis est calor Et virtus lune humiditatem et sic homo sciat virtutem aliarum stellarum. et habeat posse sciendi res istas secundum naturam et potest scire per sensum bonum que habet ~~potestate~~ rerum. que sunt per commixtionem totius istius quoniam ondat[?] res que habet contingere quolibet tempore

Haly

Res que sunt fiunt exprimente et sciunt probatione sunt quas alij experti fuerunt et probauerunt et certificauerunt et quecumque quod has appellemus experientia et certificationem et quas alij non fuerunt experti per se quecumque nos dicere. quod eos sciuerunt per aliorum doctrinam Et quia vita hominis determinata est in modo. quod non sufficit ad probandum res omnes per se, oportuit eum scire ea que ante eum ceteri probauerunt demonstrationem illorum qui ea experti fuerunt. pro eo quod fuctus et pericium. quod inde potest haberi non tardet Et quia propositum huius scientie est. scire res que future sunt per opera stellarum. sufficit homini scire virtutem et operationem quamlibet earum et opera que sunt commixtionem figurarum suarum. Scire tamen

nam earum scire non est astrologi. sed philosophorum de naturis scire volentium Et hec autem dixit Ptholomeus De isto qui habet posse sciendi res istas secundum naturam. volt dicere. quod iste qui potest scire per se. uel per alias virtutes naturales quibus stelle operantur sciant. que virtutes sunt quatuor qualitates que sunt in aere nos continendo scilicet calor frigiditas humiditas et siccitatis propter omnia animalia que sunt de sua ista scire Et tu autem intelliges quod glosabimus verba que dicet. propter quoniam hoc est. et quod dixit. et potest scire per bonum sensum que habeat proprietas rerum. que sunt per commixtionem huius totius. volt dicere quod homo qui poterit scire per commixtiones virtutes stellarum. virtutes stellarum potest scire per complexionem complexionum virtutum que veniunt potest ab eis. quia virtutes sue commiscentur propter figuras. et qui hoc bene sciuerit nichil est quod possit eum disturbare. quoniam sciat ea que stelle habent quolibet tempore propter operare etc.

Pro demonstrando propterea

mutationes aeris et dicendo quando erit calidior aut frigidior et poterit scire cuiuslibet personam complexionem propriam a statu aeris. nos continentis Et propter hoc sciet statum corporis et suorum spirituum et sciet accidentia que sibi accidunt aliquibus temporibus. et quando aer qui nos continet fuit alicuius maneriei et complexio corporis alterius erit contrarie[?] et adiuuabit salutem corporis ad ipsum ingrossandum Et si alterius maneriei fuit. non erit homini conueniens nec temperatus

Haly

Volt dicere quod astrologus est homo qui dicitur scire virtutes figurarum que sunt propter motum stellarum. et totum aliud quod de eo qui dicitur. et habet posse sciendi et iudicandi mutationes particulares. que habet accidere in aere Amplius huius exemplum quia dicit hic homo futuro erit humidior aer. et siccior eo quo solitus esse. Et idem dicitur de qualibet die. quod tali die erit calidior uel gelidior aer. de eo quod quolibet eidem tempori Et propter scire potest statum cuiuslibet personam de qua complexione fuit. et quorum morum est et que facta faciet Quia qui sciuerit complexionem complexione virtutem. que fiet in aere per operationem stellarum virtutum hora qua corpus formatur et firmatur in ipso virtus aeris. bene dicitur scire ea que accidunt ipsi corpori de salute uel infirmitate Et illud quod accidit virtutibus spirituum ipsius corporis et moribus et factis suis quia hec omnia sequuntur complexionem

corporis sunt experti sunt demonstratione
recta philosophi naturales et phisici. Iterum
scire potest illud quod accidit cuilibet homini
quolibet tempore, quia qui scivit complexi-
onem alicuius hominis separatim et scive-
rit res que accidere habet in aere
et quod melancolia dominabitur in cerebro
hominis huius tali tempore, sciet quod
mores ipsius hominis erit illo tempore tales
quales hominis melancolici. Adveniet
te bene inspicere in verbis Ptholomei qui
dixit in hoc loco donec ipsa intelligas
bene quod ea te docemus. Iterum facias de
omnibus verbis que dicet de modo quod in-
telligas per te aliquid etc. Ptholomeus

Per hec enim que diximus

et alia talia poterimus scire quod hec scientia
est res ad modum quod eam attingere poterimus.
Haly. Valde bonum verbum dixit
quando dixit quod eam poterimus attingere,
quoniam per viam qua scimus alias scientias que
sunt de naturis continentie sicut medicina,
per hanc eandem possumus scientiam istam attingere.
Et hec est via quam nos docuit. Hoc
autem verbum quod dixit est responsio aliquibus
dicentibus quod hec scientia non potest attingi per
naturam nec certificationem nec experiendo
res nisi per sompnia aut visiones seu
prophetias. Et Ptholomeus per hec verba
sic respondit et dicit, bene potest esse
verum quod dicatis quod per prophetiam atti-
gerunt hanc scientiam, tamen non possumus eam
attingere per viam naturalem et certificationes
et experiendi res. Et ego dico etc. Si
tu vis bene intelligere hanc viam quam
dixit Ptholomeus inspice in libro
Galieni quem fecit de opinionibus
et intelligas bene illud quod dixit
de opinionibus secte et experientie.
Hic enim finitur quantum locutus fuit Ptho-
lomeus in hac scientia super eo quod potest
attingi. Abhinc vero manifeste lo-
quitur in quantitate qua inde homo potest atti-
gere proponendo verba que faciunt rationem con-
veniunt etc. Ptholomeus

Illi tamen qui expavit hanc scientiam

dicentes quod non potest attingi dant ra-
tiones sed non sunt recte. Haly.
Postquam Ptholomeus monstravit quod hec
scientia potest attingi et docuit nos viam
qua possumus eam attingere, vult modo destru-
ere dicta eorum qui dicunt quod non res que possit
attingi, immo quod nulli suppetit ratio qua pos-
sit contradicere huic scientie etc.

Et nos scimus hoc istis

rationibus quas dicemus. Prima ratio quia erraverunt
in hoc, quia non inspexerunt
in hac scientia nec multum studuerunt in
ea. Sic dicebat quoniam est profunda valde et
multarum viarum et propter hoc crediderunt
aliqui quod res quas certificant astrologi
de hac arte casu accidant et fortuna.
Haly. Dicit quod prima ratio propter quam aliqui
crediderunt quod hec ars non possit attingi
quia aliqui astrologi non inspiciunt nec
student in ea sicut debent et consueverunt res
que sunt in hac arte quod facere non debebant,
quoniam est ars profunda et diversarum et multarum
viarum, quare quoniam in sciendo eam ut
magnus labor et studium habeatur.
Et quia in aliquibus in ea non studentibus
sicut debebant accidit multis erroribus errare
illi qui sic errorem induunt. Eos credunt
quod res quas certificant aliqui accidant
fortuna et non recta nec firma huius
artis radice etc. Ptholomeus

Hoc enim quod estimat non est

verum et errat quod errat aliquis in hac scientia
non est artis debilitate sed eius qui se intro-
mittit de ea. Haly. Ptholomeus
destruit rationem illorum ad hoc de eo dicens:
Iste error qui accidit aliquibus astrologis
non est ex debilitate artis, sed pigricia et
negligentia aliquorum antiquorum qui se intromittunt
de ea. Et postquam ita est manifestum quod ea que
certificant de hac arte non eveniunt casu
sed per radices veras et certas et regulas
firmas sicut ante monstravimus. Ptholomeus

Alia vero ratio est quia multi ut

aliquid lucrentur accipiunt pronostica-
tiones ab alia parte dicentes se scire
pronosticationes istas per hanc scientiam et po-
nunt pronosticationes in sophisticationem populi et
errorem et faciunt eos credere quod sciunt
res futuras multum miraculosas inter
quod consueverunt ad loquendum de rebus que non
sunt de natura quod homo possit eas scire.
Haly. Hec est ratio quare multi cre-
dunt quod hec scientia non potest attingi. Ita quod
invenimus aldeas nec non civitates ple-
nas hominibus qui fingunt se scire artem
astronomie et multum sunt elongati
ab ea, et ponunt in sophisticationem populi
et errorem faciendo eos credere quod
non sciunt res multum miraculosas. Et
hiis que futura sunt vero inter audaces qui loquuntur
de rebus que non sunt de natura quod eas pos-
sit attingere humanus intellectus. Et vo-
lo tibi dicere quoddam de uno ex istis tali-
bus, quem ego vidi. Venit ad nos quidam
qui magnum prophetam se tenebat et dixit
nobis rationes magnas. Mirror de vo-
bis quod estimatis de ore quod corleonis
prodit ad signum leonis et non est qui
exivit ignis de leone qui totum mundum
comburat. Ego vero tunc cum ipsum audivi
risi de eo, et alii qui ibi stabant dixe-
runt. Caveat ut non curemus multum de
dicendo talia verba. Et quid videtur
tibi. Descendit loquendo de nativi-
tatibus eorum qui faciunt cronicas, quare
dixit quod Mercurius erat in nativitatibus
horum in gradibus qui dicti sunt putei
et propter hoc demitat quod aliquod dampnum
esse in intellectu. Et hoc est maior neces-
tas que possit esse multis rationibus. Una
quia gradus putei sunt res debilior que
possit esse. Secunda quia scientiam suam ponit in
mala famam et intromittens se de
ea. Tercia si bene verum est illud quod
dicit, posset Mercurius illud infortunium perde-
re aspectu aliorum planetarum. Et ego vel-
lem scire unde hoc didicit et accepit,
et quomodo potuit de hoc habere experientiam
sicut alii qui ante eum fuerunt. Hoc enim dictum
assimilatur quod sit unum fantasma ex hiis
que cognoscimus in aliis dictis suis. Quia for-
te invenit Mercurium in nativita-
te sua vel alterius in gradu puteo infortuna-
tum. Scimus enim quod Albumazar antiquum
astronomorum legerat erat unus ex illis qui
cronicas faciebat tamen sicut reperimus
in scriptis. Et propter hoc credidit quod omnes
alii qui cronicas faciebant tamen habuerunt
sensum qualem ipse. Et quomodo posset hoc
esse verum quod facientes cronicas debe-
ant habere intellectum defectum, quia
iam invenimus multos eorum bonis sensibus
et intellectus, et ab eis accipimus doctri-
nas et dictas eorum quas consueverunt. Et vidi
unum scientem alium aliud de scientia astrono-
mie, qui venit ad me una die dicens michi
quod audivit quod se de scientia multum de scientia
probabat rem quam nullus de mundo pos-
set scire. Dixit enim michi homo iste, quo
potest quis scire quando Mars intrat domum
secundam nativitatis alicuius quod ei furtiva erat
propria vestimenta sua et non alia panni
nec ad eveniret aurea. Cui ego dixi: Declara
rem quam homo sic separate scire non possit
per hanc artem. Dixit michi postea: Quo-
niam fingunt se scire rem talem cum
magno mendacio. Verumtamen per hiis casibus ali-
qui crediderunt quod hec scientia attingi non
potest et eam postea eiecerunt eam, et tu
intelligens quod propter hanc rationem multi eie-
cerunt quoniam leges librorum fabulas quos
fecerunt tales quales isti propter visum.
C. nas

exerciti se sapientes ostendant. Qui nos
impedierunt verbis multis et distraxe-
runt ad veritatem sciendam. Dico enim
quoniam viam multum et per multos invenio
impeditam de illa tue opinionis.
Nec volo mentem habere ad ipsam. Sed
consulo tibi ut tuam sustineas voluntatem
nec velis laborare nullis intromittere
se de ipsis ipsius. Sed applices mentes
ad studium in viam solum Ptholomei.
Quoniam est via recta et certa et res certi-
ficata probatione argumentorum et experien-
tia vera ita quod nullum dubium est in ea.

Et propter hoc que faciunt inve-

nerunt cor aliqui rationem qui possunt
res huius scientie que sunt de natura quod
posset homo eas scire sine studendo in
eis et deiecerunt eas. Sic deiecerunt
res ipsas vanas estimando quod omnes
sint vane. Haly. Dicit quod talia fa-
cta qualia fecerunt illi quos an-
tiquus fecerunt studentes qui aliquid
scire poterant circa hanc scientiam. Multum
homo magistros illos qui desudendo in ea vo-
luntatem non habent estimantibus
ipsis quod quicquid dictum est in arte hac
sit totum de mancie fantasticum
quos illi dixerunt. Et ego vidi ali-
quos studentes qui aliquid scire poterant
quibus hoc contingit, vidi enim ex illis
qui studebat in libris Ajilianorum et
centenariorum et decatenariorum et cre-
debat certum et verum esse quicquid locu-
tus fuit Albumazar et similes.
Et voluerunt hoc experiri in rebus
presentibus et ibi nullam certitudinem inve-
nerunt. Et ego dixi: Vere eis magnum
mirum est de vobis qui dimittatis in-
spicere motum stellarum et conbinationes
magnas et vultis ea scire que futurum sit
per mille annorum. Quare si hoc verum esset
ars astronomie et ea que per stellas scire
possumus de eo quod futurum est interesset.
Credo enim pro certo quod talia qualia ista
sunt contra regulam huius artis que aliqui
confinxerunt et posuerunt alios in
errorem. Et ut sibi laudem attribuerent
de re in qua non est veritas. Nam hec
omnia sunt res de quibus voluntatem habent
qui eas audiunt sicut de fabulis que numquam
fuerunt. Et credunt quod sit magnum quod
est de sophisticis qui dicunt rem que sit
esse apparentem. Et quoniam homo eas acquirit
in re vera et veritate mediantes invenit
eas omnes. Et crediderunt omnes ausi
manovrici esse quicquid dictum est de ar-
te hac. Et si isti qui tales res vanas locuti

fuit non cooperuerunt eas sed crediderunt
eas quod essent vere nescientes maiores
eorum qui compilauerunt inde libros et
impleuerunt mediantibus pergamena con-
stando quale in mediatis que precedebant
et vanitatibus temporis suis etc. Ptolomeus

Et propter hoc non est rectum

erare philosophiam et eam dimittere propter mali-
tiam antiquorum qui eam fingunt
se scire. Haly. Dicit quod hoc quod
estimat aliquis quod quicquid dictum est in hac
scientia est vnius maneriei non est rectum nec
quiuit esse. qui in hac arte quod bene inspe-
xerit. put dicitur non inuenit defectum ali-
quem. sed est defectus in illis qui se fingunt
de ea. et ponunt ibi res que non sunt
de ipsa. nec ad ipsam pertinent. Quia
sic non quiuit ut philosophia sit depurata
nec delecta malicia aliquorum qui
se fingunt de ea. Similiter non
quiuit ut hec ars depuretur nec euitat
hac eadem ratione. Ptolomeus

Quia manifestum est quod homo

quamuis studeat in scientiis quadruuia-
libus cum voluntate magna recte et to-
to suo posse accidit sibi error in mul-
tis non propter tales res quales predixi-
mus propter naturam illius rei in qua studet
que est quiuis in se multum. et propter debi-
litatem hominis intellectus. quia omnia que
sunt in illa scientia nequit attingere propter eo
quod est grandis valde etc. Haly.
Ptolomeus dixit rationes quibus crediderunt
multi quod hec scientia non posset attingi
et destruxit opiniones illas. quia ipse ma-
nifestauit quod defectus quos inueniunt in hac
scientia non est de scientia sed eueniunt debi-
litate intromittentium se de ea. Et
iam dixerat nobis ante hoc quod in hac
scientia potest error cadere propter materiam veri-
pientem virtutes stellarum que non
est firma nec stabilis. Et quia est que
multum scientie complexionum que fit ex
coniunctione virtutis stellarum. Nunc au-
tem vult hoc dubium destruere et ondere
nobis quod error iste non est propter defectum
qui sit in natura scientie sed est propter eo quod res est
quiuis multum in se et intellectus humanus
non habet virtutem sic magnam quod posset
res intelligere quiuis multum. quamuis ipsa
in se sit vera valde. put sunt scientie qua-
druuiales. quamuis cuncte aliis sint
veriores et firmiores demonstrationum
quia nullum falsum ibi esse potest. tamen
multi possunt in eis errare non propter ob-
defectum scientie sed propter magnam grani-

tatem ipsius et debilitate intellectus
humani. Et propterea hoc accidit in arris-
metica. geometria. musica. et astrolo-
gia quadruuiali. non est mirum quod in
astronomia iudiciorum accidit illud idem
et magis quia materia non est firma nec
stabilis. et propter quantitatem intelligendi co-
plexionum que fit ex commixtione stellarum
et propterea ita est error. quod accidit in hac
scientia. non est propter defectum ipsius sed propter de-
bilitatem intellectus humani qui nequit
attingere. ut comprehendat omnes quiuis
res quiuis multum etc. Ptolomeus

Et generaliter dico quod status

huius materie dici non potest ut totaliter at-
tingatur via certa multum in quo non fit
dubium aliquod. nisi subtiliter intellectu
aliquorum qui possunt res considerare acutius
quam alii et maxime in hiis que composi-
ta sunt multarum et diuersarum rerum
Haly. Ptholomeus docet nos
in hoc dicto maneriei huius artis dicens
Quod illud totum quod scire possumus de statu
huius materie superioris per hanc artem
non dicitur ut sciatur nisi subtilitate
intellectus vnius magis quam alterius. et
subtili consideratione aliquorum. quia materia
ista non semper in vno statu consistit. nec
est firma. Et hic idem docuit nos ypocras
in physica quando dicit tempus est acutum
voluit dicere materia ista non est longo tempore
in vno statu sed cito mutatur de vna hora
in aliam. Hoc autem dixit ptholomeus
in hiis que sunt multe et diuersis rebus
vult dicere propter scientiam que propter quantitatem multa-
rum virtutum et diuersarum. et propter hoc
est quia multum intelligere propositionem
certam que per res tales. sic dixit ypocras
iudicium est graue. vult dicere quod omnes res
scita arguendo. nisi experientia approbet
non est adeo firma. quod homo considerare de-
beat in operando per eam. In dicto autem
ptholomei sunt verba duo que nobis glozare oportet.
Et hec sunt cogitare et considerare. Co-
gitare secundum antiquos logicos est in tribus
maneriebus. Vna est certa in se. quod
inde aliud esse non potest. vel certa hoc. quia
homo nequit scire perfecto sed cogitat quod est ita
alia de re que est multum longe a ve-
ritate et certitudine. Alia vero ma-
neries inter has ambas. vnde dico quod
cogitare. quod dixit hic ptholomeus est illud
quod est bene tenere veritatem illam de qua illud
esse non potest. quia certitudo sua demonstra-
ta est demonstratione dicta ante. Considera-
tio vero est alia. vnde certa veritatem va-
illam de qua aliud esse non potest. et hec est quibus
res habens regulam que ea ab errore

custodit. sic figura qua homo facit per compas-
sum et regula in aderima passum et
Regula faciunt figuram certam conside-
rationis. Et est alia que est a veritate longe
multum. Et hec est res quamuis accidit fortu-
itu aliquando de eo quod homo considerat. Et est
alia que est inter has ambas. Quantum autem ad
illud quod antea diximus certitudinem inuenies
quod consideratio huius scientie est illud quod est bene
certa veritatem. quoniam est res que adiungitur
scientie ex parte demonstrationis mee. Et pro-
pterea est ita scientia illa custodit ab omni
errore. et quod bene in superius in eo quod
inuenies per hanc hac maneriem de certitudine
de cogitatione et consideratione sic operatio
omnium scientiarum et presertim physice

Et accidit similiter ad hoc

quod esse potest ut participationes quas ha-
bent planete per figuras in operibus que
completa fuerunt temporibus antiquis in-
certum a longe et nos indicamus secundum quod
dixerunt sapientes antiqui. qui experti fuerunt
et inuenerunt sic esse et assimilantur figuris
in tempore. vna magis et alia minus propter
longas reuolutiones cursuum planetarum
qui fuerunt ab inde usque ad hoc tempus. tamen
assimilantur illud quod dixerunt experti fuerunt
sapientes antiqui. illorum temporum figuris et
operibus. Huius operis completa similitu-
tudine in qua non fit diuersitas nec
diuersitas ita quod illud totum quod est in ce-
lo. cum eo toto quod est in terra fit reuersum ad
vnum statum. primum res est que non potest esse. Nec
potest aliquis se laudare quod attingat. nec
sciat rem ex illis que completa attingi
non possunt. nec ex hiis quamuis nequit
attingere vita sua quia vita hominis
determinata est. Haly. Ptolomeus facit
nos intelligere quod res quas attingimus de
hac attingimus consideratione que est certa de-
monstratione. et quod non desinit incidere est
esse nisi quia materia non est stabilis. Vult
nunc magis complanare. nec voluntibus id
dicere huic arti res vel certa remoueat
dicens itaque ea que iudicamus hoc per tempore per
opera stellarum in materia que nunc est inuenta
homines ex certificationibus antiquorum. et non
ab alia parte. Et propter hoc accidit quod est tunc
constellatio et talis materia que assimilabitur illis
que fuerunt tempore sapientium antiquorum vna magis
et alia minus. Et propter hoc reuolutiones stella-
rum a longis temporibus venientes. inuenire
tunc eandem materiam et eandem constellationem. qua-
lem ipsam eandem quam certificauerunt sapi-
entes antiqui. ita quod non sunt magis nec
minus. res est que esse non potest. nec homo tamen vita
sua potest attingere. quia vita est determinata:

ta. Nec propter doctrina altius et propter erro-
res qui cadunt in doctrinis et longis
temporibus non conuenit homini verita-
tem petenti laudare se de re. nisi
ei quod se vult ondere propter eo qui nichil intelligit
sapientum. Et propterea ita est. non est mirum
si aliquis error cadit in volendo equa-
re res. que sunt in hoc tempore in celo et ter-
ra rebus que fuerunt temporibus sapien-
tum antiquorum a tam longis temporibus
usque huc. Et cum ac dicto destruxit o-
piniones antiquorum dicentium quod res omnes
redeunt ad caput temporum certorum. cum ta-
libus qualibus antea fuerunt. nec
plus nec minus. sed eodem modo ipse. et ceciderunt
in hunc errorem propter longos cursus
et multas reuolutiones stellarum et co-
gitauerunt quod sit numerus quibus annorum
mundi et dierum ad quos loca planetarum
et stellarum certificare possunt. Et quando
ille completur. quod omnes stelle erunt
ad ipsum met punctum reuerse. et quod
propter hoc omnes res redibunt. et sunt ta-
les quales fuerunt. et ipsemet in
hunc enim errorem multi alii ceciderunt
et astrologi multi tales. ut albu-
mazar. et alii multi. et tunc intelli-
gens si scimus ad de arrismetica. quod
hic est error magnus. Ego vero studui
per quinque mille quamuis quod hoc inuenirem
numerum scito cum quo possem tabulas po-
nere. vnde quiret dies scire. et illud
non potui inuenire etc. Ptolomeus

Et propter hanc rationem accidit

error aliquando in hiis que debet esse
per eo quod ea per quibus dederunt nobis
exempla sapientes antiqui. non possunt
ad ipsa eadem reducere. sed diuersitate aliqua
pauca vel multa. Haly. Dicit quod hec
verba apperta sunt. et non indiget
gloza etc. Ptolomeus

Tamen ratio propter quam in generando

accidentia que in aere contingunt est graue
intelligere. quia non accidunt in aere
talis apparitio cum tali constellatione
qualis alia vice fuit. Haly. Hic
docet nos ptholomeus quod materia non
est stabilis neque firma. et docet sic per
hac re debere quod se ponit semper in diuersis
modis. incipio enim loqui de eo quod accidit
in aere. quia res est generalior. quoniam in
aere accidunt res multe. per eo quod opera
corpore superiorum non recipiunt semper
in quolibet loco de vna maneria. quia
in aliquo loco erunt motus in quibus viget
propter eorum altitudinem. et propter hoc non
potest aer ille habere calorem sic magnum
aut propter fumositates que eleua

bunt de humiditatibus aliarum civitatis. vel propter corpore fetores mortuorum. Nam hee sunt res temperiem aeris corrumpentes. Et similia que contingunt. Convenit igitur astrologo ut inspiciat in statum aeris antequam iudicium comprimat

Iudicando etiam in nativitatibus que sunt secundum coniunctionem virtutum in qualiter re inveniuntur rationes in aeris non paucas nec bores alios quibus mutant proprietates corp

Haly — Dicit quod in nativitatibus similiter accidunt res multe disturbantes eas ne recipiat de levi opera stellarum. secundum quod aeris convenienciat corpore. Ptol

Hoc est quare maneries formati

dicta magnum auxilium in proprietate generationis pro eo quod aer circudat villa que habet orizontem determinatum si ambo fuerint unius status. quelibet maneries formati vincet et figurando formam generales convenientes cuilibet speciei. sicut est forma hominis et equi et omnium aliorum animalium Haly volt dicere. quod omnia que sunt per essentiam et naturam vincunt in rebus omnibus quoniam illud quod est per essentiam non potest cambiri. neque mutari de sua natura verbi gratia. virtus que est in formate per essenciam est ut faciat formam quemlibet solummodo speciei de qua est. et de formate hominis nequit forma fieri nisi hominis. et de illo equi nequit forma fieri nisi equi. et de ceteris animalibus et similiter de seminibus vegetabilibus et omnibus aliis naturalibus. quia unumquodque corpus recipit formam naturalem quo toti eidem generi est quis. tamen accidentia que contingunt eidem formati. cuiuslibet corporis illius speciei. non contingunt formati per essentiam. sed accidunt et forantur secundum virtutem stellarum in villa et orisonte illo ubi fit. et secundum statum aeris et loci illius etc. Haly

Et loca generationis mutat res

que generantur in illis mutatione non parva. Haly — Volt dicere quod in locis in quibus fiet generatio sic sunt terre nigriore. ob quam generabunt in eis habebunt redire ad generationem ipsam paulatim. sed ad colorem terre nigriore quam qui fuerit de albis Et si homo niger valde generabitur in terra multum frigida ubi sunt homines albi. habebit redire ad ipsam generationem albam paulatim paulatim. et ita contingit in similibus illud idem Et proptera ita manifestum est quod colorem paulatim. paulatim a formate removetur nec in eo remanet. nisi illud quod per essentiam habet et naturam. et hoc est virtus generationis solummodo Convenit nobis inspicere ad generationem cuius est natus. et ad formam unde descendit. et ad locum in quo natus fuit. et post ea poterimus iudicare hoc enim magis exponit in eo quod sequitur Ptholomeus Et cum fuerint maneries spermatis illius generationis unius modi sicut forma hominis. et fuit status aeris circumdantis eiusdem maneriei. accidunt natis diversitates magne in corporibus et spiritibus secundum diversitatem regionum. in quibus nascentur verbi gratia ille qui nascitur in oriente erit diversus in corpore et spiritu ab eo qui nascitur in occidente. cuius constellatio ambarum nativitatum sit una. et hoc propter accidentia pertinentia ad qualiter regionum. que cum spermate cuiuslibet forantur. Maius autem rebus naturalibus inveniemus visibile illud idem sicut habet

Amplius cibaria et mores

quibus utuntur quilibet qui diversi non fuerunt sunt in hoc adiuvat una parte Ptol — Hoc etiam videbis visibile quoniam in moribus hominum inspexeris et in cibariis quibus utuntur sit talia et talis mores et complexiones eorum sicut hominum coleritorum. et etiam illis qui utuntur cibariis facientibus melancoliam complexiones et mores habuerunt versus illos melancolitore. et in ceteris complexionibus ibidem. et ideo mores contingunt qua ille qui moratur et vivit habz cum bonis quamvis malicius sit per naturam habebit versus bonum illorum et contrarium de quibus hoc enim totum et rem propter quam est invenies apperte in libro sapientum antiquorum

Et si se non concordaverint

quelibet harum rerum veniet cum partem cavidantem. pro eo quod virtus aeris est magis quamvis rerum materiam magna valde et auxilium multum magnum ubi res ipse sunt prout sunt. et aerem res iste non mutaverint accidit dubium et error volenti per totum superiorum corpore solummodo iudicare et esse homo qui vellet res scire que per se complete sciri non possunt Haly — Ptholomeus dicit sic. quod si homo non invenit opera stellarum que in aere operantur cum statu convenienti regione. spei cibariis et moribus accidet error. quoniam voluerit iudicare Et pro hoc dixit Aer qui circudat pro eo quod auctor dixit. quod virtutes stellarum generationis et opera sua prima sunt in opere aere Et propterea ita est. manifestum est quod nos convenit. quoniam bene hanc scientiam certificare voluerimus. et per stellarum opera ad rebus generalioribus adiungamus. et quod in qualiter earum inspiciamus bene de modo quod non dicamus de minus. quoniam filius cuius est magis niger quam albus pro eo quod constellatio nativitatis sue demeat. quod debeat esse albus et deinde dicere. quod ille qui vivit cum latronibus est homo pacis pro eo quod sua nativitas sua demeat Sed debemus dicere quod erit minus in aliis ceteris latronibus donec eorum societatem dimittat. et tunc ad naturam suam redibit Et ita debemus facere in omnibus rebus aliis generalibus et particularibus in legibus et moribus gentium accidentibus

Post res ille sicut in hac

manerie non convenit nobis destruere totam hanc artem. propter aliquem errorem qui ibi cadit aliquando. sicut destruere non debemus magisterium marinariorum in navibus dirigendis propter errorem qui ibi accidat. et pro eo quod multotiens accidit. Haly — Propterea ptholomeus incavit. quod hanc artem et conceptum sibi opiniones destruxit Et docuit nos loca in quibus debemus inspicere. quoniam nos bene custodiremus ab errore Dixit in hoc loco in modum conclusionis. quod non debemus destruere totam hanc artem propter aliquem parvum errorem qui ibi aliquando contingit Et ponit divisionem magnam inter hanc artem et magisterium marinariorum Et quoniam bene inspexerimus in hac arte paucis vicibus accidet ibi error. et in magisterio navium multe Et propterea ita est convenit ut sequamur et amemus hanc artem iudiciorum magis quam alias propter magnum proficuum. quod iacet in ea. et modicum errorem qui accidit quoniam bene inspexerimus in eandem

Sed convenit ut eam petamus

et teneamus pro valde nobili quia in ea sunt proficua multa bona et miraculosa Haly — hec proficua quod dixit ptholomeus sunt sicut custodia a nocumentis maiorum ab aere corrupto a carestia victualium. quoniam antequam accidat sciamus res istas etc

Et quod sequamur ea quecumque sciri

possunt per hanc artem. et non querimus similiter velle per hanc artem scire omnia preter ea que per homines possunt attingi Et convenit nos etiam velle illud quod de pertinentia est sua. et quod non applicemus ei illud quod non est de ea Dicit quod hec glosa non indiget etc

Et sicut non dislaudamus

phisicos ad inquirunt qua ratione infirmitas evenit infirmo et statum pertinentem ad eum Similiter nobis non convenit in arte hac renuere quoniam pertamus de generatione. regione cibariis et omnibus aliis accidentibus que contingunt Haly — phisici adiuvat se multum in eo quod res que inquirendo de vita qua usus est infirmus. de loco unde est. et aliis omnibus que in phisica dicta. et de hoc nullus eos dislaudat, laudat ille qui hoc efficaciter inquirit Et propterea ita est in phisica que est res prius. quanto magis in hac arte que est presciendo ea que futura sunt satis patet. igitur miraculum non est si de generatione inquirit et aliis que ptholomeus porrexit etc

Hic finitur secundum capitulum primi tractatus et incipit tercium etc

Venerabiliter demonstrabimus qua manerie poterimus attingere prenosticationes

stellarum. summa quidem totius quod in scire possumus scire scientia que contingunt in corpora quod circudat. et accidens que contingunt hominibus hac solummodo ratione hec accidentia que contingunt hominibus sunt ea que pertinet ad spiritum et ad corpus. et ad virtutem et opera donec a principio Et illud quod subsequitur per opera illius rei que operabitur in eo in aliis temporibus. et res que accidunt extra eas que contingunt cum rebus providentur participationem naturalem et necessariam sic participatio que

e int corpus et id quod lucratur et socia et participacio que est inter spiritum continentem eum et diuitias. et res quas potest homo inde habere secundum ypocras Hali Quicquid est in hoc dicto sunt genera sermonum que ante nos docuit. Nos autem exponere volumus vnumquodque per se. ut hoc melius intelligas id quod dixit qua manerie poterimus attingere pronosticaciones per stellas. wolt dicere quod iam nos docuit. qua manerie poterimus per astronomiam scire res que future sunt. et illud quod dixit quod summa totius. quod scire poterimus sunt accidencia que contingunt in corpore quod creduntur wolt dicere quod loca vnde veniunt sunt accidencia que accidunt in aere per operacionem stellarum Et accidencia que dixit contingere hominibus hac racione solummodo. wlt dicere quod res que accidunt hominibus propter virtutem stellarum non accidunt propter aliud. nisi propter opera que stelle operantur in aere. nos circumdante. et propter commixtionem virtutum stellarum que in aere demonstrantur Et illud quod dixit quod hec accidencia que contingunt hominibus sunt ea que pertinent ad spiritum. et ad corpus et adiutes et ad opera docet a principio wolt dicere quod accidencia que hominibus accidunt non sunt nisi secundum materiam de qua generantur. et complexio que formatur in eis propter commixtionem virtutis stellarum. que fit in aere hora qua generati sunt et id quod dixit. et illud quod hic sequitur propter opera illius rei que operabitur in eo in partibus wolt dicere illud quod sequitur corpus hominis et spiritum propter complexionem quam recepit a principio. quia complexiones que accidunt post ea non possunt in eis operari aliter nisi in addendo in ea solummodo vel minuendo. Et illud quod dixit Res que accidunt ex eis que habent cum rebus predictis participacionem naturalem et necessariam. wlt dicere de rebus que secuntur corpus et spiritum ex rebus que sunt extra eos Et illud quod dixit participacio que est inter corpus et illud quod lucratur et

socia wlt dicere et proponere. wlt corpus viuit et vxorem et filios et sunt res quibus se corpus adiuuat. et participacio que est inter spiritum et conuersacionem et diuitias wlt dicere propterea quod spiritus est conseruator corporis accipit semper quod remanet post illa. et propterea hec eadem remanere non potest quod remeat alia talis sicut illa conuersacio ipsius et spiritus racionalis sicut propterea inter hominem res omnes. et quod lucrantur propter hunc hominem quibus indiget. huius enim scilicet intelligas a pietate quam de filiis habemus. quia naturaliter eos adiuuamus et quia multi vitam habuit per posse diuinum postulando Et id quod dixit id quod in potest habere ex istis rebus quas dixit aliquo tempore et non alio sit est hoc quia homo habere non potest donec sit in etate hec ac omnia que hic docuit nos generaliter ptholomeus et dehinc in antea omnia particularizat quantum ad loca eorum peruenit

Nos autem volumus dicere

id breuiter quod remansit de racione quam incepimus demonstrando proficuum quod latet in hac arte Hali Dixit breuiter quod si totum proficuum quod latet in hac arte totum vellemus narrare racio nimium prolongaretur et

Et incipiemus primo narrare

manerierum et finem propositi. wlt scire volumus virtutem proficui huius artis Hali wlt dicere quod demonstrabit finem proficui quod potest homo de hac arte habere.

Dicimus ergo quod si inspexerimus

in virtute proficui quod latet in ea propter spiritum inueniemus rem non esse que tantum proficiat anime. nec sic sic exhilaret. nec dirigat cognitio scire que futura sunt per hac arte. quia homo per eam res humanas et diuinas attingit Hali Cum sciuerimus per hac arte mores pernetiales per virtutes spiritus propter eo quod sequitur complexionem corporis antequam de illis nulla appareat malicia. poterimus eos dirigere et emendare in medio. quod in ethicis dixerunt philosophi Et si intellexerimus per hac artem quod ibi sint mores boni augebimus et affirmabimus eos magis

et hoc totum in pueritia facere possumus leuius quam in etate maiori. quam modo quales sunt apparebunt completi. quia tunc tunc est eos mutare Amplius quando sciuerimus per astronomiam ea ad que recipienda spiritus est paratus et elongatus. sicut sunt magistria sciencie. aut leges. cauebimus de re ita in qua recipienda est anima magis parata. et dimittemus illam ad quam recipiendam parata non est et ita excusabimus penam et laborem corporis et spiritus. quia frustra laborat quando de re ad quam recipiendam non est anima preparata Nam talia qualia scire possumus per hac arte solummodo et non per aliam. et propterea ita est michi est propter quod melius dirigere et letificare possumus animam quam per hac artem. wlt quod magis proficuum sit potius. quam ea de quibus sumus parati addiscere melius et multa de leui si intimauerimus nos de ipsis Et hec sunt res humane quas dixi. Diuine vero quas dixi sit sciencia vera. quam non potest habere homo nisi qui ad eam fuerit paratus Et hoc scientia vera est. hominem deum cognoscere sicut antiqui philosophi docuerunt ptholomeus

Et similiter profectum corporis

quam per hac artem scire possumus ea que conuenienciam et possibilia sunt causis complexionum. Haly Corporis proficuum conseruare salutem. carere infirmitate et leuare ab eo Et quando in principio per astronomiam sciuerimus cuius complexionis erit corpus. et cuius infirmitates futuris temporibus sibi contingeret Sciemus qualiter preparabimus illud corpus per sua conseruanda salute. et per defendendo ipsum ab infirmitate Et propterea quam est ita nichil est quod magis proficiat corpori quam scire per hac artem. ea que futura sunt ptolomeus

Generaliter autem astrologus

honores et diuitias magis per hac artem denique dicere id quod in philosophia diximus. quod per philosophiam non tenetur populus lucrari magnas diuitias et res tales non tamen propter hoc rectum est quod philosophia dehonestetur Et similiter hac arte non debemus dehonestare nec dimittere alia proficua magis que possumus in hac Haly wolt dicere quod philosophia non habet per naturam, quod det diuitias magis sicut. tamen per hac peruenit homo ad sciendum vias quibus melius potest lucrari Et arts ista non habet per naturam sui sed per ea facienda potest homo sicut ad diuitias magnas peruenire. quia docet homines res facere quibus se multum adiuuat in lucrando honorem et proficua multa. propterea non queritur dehonestare ipsam philosophiam in hac arte. eo quod per se magnas diuicias non dat statim. nec quod homo diminuat honores et proficua magis que fieri potest corpori et anime prout dixit ptholomeus

Et generaliter dico quod tu de

leui intelliges quod illi qui dehonestant hac artem dicentes quod in ea sciencia non est proficuum. via veritatis non tenent. et quod cecitas qui dixerunt qui dixerunt quod nullum est proficuum in sciendo res antequam sint verba vacua et sine discretione dixerunt Haly wolt dicere quod illi qui dixerunt quod in sciendo futura non est proficuum non bene inspexerunt in verbis suis et laxaverunt verba qualia acciderunt eis et non cum racione determinata ptholomeus

Nam omnino conuenit nobis scire

res futuras quam nisi eas ante sciuimus et preparauimus nos in eis possemus in hora ventura intrare que faceret possem pacem vel in hora supremeat

lex in diuitiis... ad diuitias et honores

11

tale gaudium uel tristicia que facit
illud idem Haly Hoc videmus
visibiliter omni die et nos percepimus
homines qui thezaurum habentes subita
sibi perceptum invenerunt ex quo perdiderunt
sensum propter nimio gaudio quod nunquam
retinere potuerant. Sed fuerunt per-
diti hac de causa et alios quibus
hora supervenit res bona sic fuerunt
territi quod sensum per motum nimio perdi-
derunt. tamen ille qui futura perscit post
non amittet sensum. sed remanebit in
memoria sua firma. Hoc enim perfi-
cuum habet homo de hiis. vnde liberari
aliquo modo non potest. pro constellacionem
hic demerans quod forte est specialiter
fuit quod preparacionem aliquam valeat liberari
est perficuum multum magis

Prenosticacio tamen mutat ipsum

spiritum paulatim paulatim per redu-
cendo ea in mente que futura a lon-
ge multum et apparent ea sibi. Et
si foret presencia mansuete multum et
sine impetu Haly Vnde venit
hora rem futuram omnino quod deesse
non potest reducat eam in mente sepius
[illegible] in ea et non superveniet impe-
tuose Sic de morte que se apparet
omni die Similiter quando aliquis
perscierit aquas inveniet uel liberabit
autem aliquo tempore cogito co-
gitabit in eo spacio quod eam custo-
diat. uel via [illegible] est habeat. Vnde quando
sunt insperatis in talibus particularibus
invenies prout dixit Ptholomeus
Et postquam sit magnum iam perficuum
in sciendo que futura sunt ante quam fiunt
pro plaudiendo (?) voluntatem Et sunt multa
in hiis per re quibus homo liberari non
potest et eo magis si possit preparacionem
aliquam liberari dictum eorum qui dixerunt
in sciendo prenosticationes non esse perfi-
cuum non est verum etc.

Sed postquam hoc non queritur nec

cogitemus quod anima que accidunt hominibus
per corpora celestia sunt necessaria ut sunt
divina que homo removere non potest. Haly
Vnde dixit per corpora celestia volumus dicere
commixtiones que fiunt mediante nobis cum
dante obscuratis circulum stellarum. Dicimus
que est multum rerum diurnale et aliarum
est quia res diurnalis non potest illud quod
a deo provenit disturbare et ideo non
potest aliquis liberari Et res autem non sunt
ita Haly Ptholomeus autem dixit per
hoc dictum quod tu non debes ut omnia
opera stellarum sint semper necessaria
ut divina tamen eorum sunt quaedam talia
et eorum que possunt mutari Et unde
homo liberari potest Et postquam ita est manifestum
est quod quando sciremus res que possunt
mutari quod non poterimus preparacionem
aliquam custodire et magnum et multum
perficuum est huius artis Ptolomeus

Omnino scire nos convenit

quod celestium corporum est res divina quam
res de mundo nequit modo aliquo disturbare
quod est necessaria et in aliud esse non potest. sed
mutaciones rerum terrenarum sunt naturales et quan-
tibiles recipiuntur res primas a celestibus
corporibus in modo accidentis et rei semper
[illegible] Et vna pars accidentium hominibus
contingentium provenit propter pestilencias genera-
liores et non accidit ex propria natura qua
vnaquaeque res habet per se Sicut contingit
quando aer corrumpitur corruptio fit magna
quam vix possunt se homines custodire
quin multi moriantur eorum Sicut propter calo-
rem magnum aeris propter aerem vel putrefaccionem
propter malos ventos qui perire faciunt
multos in mari quia semper res maior et for-
cior debiliorem et bonam superat. Ac-
cidencia vero sunt aliqua contingencia ex complexione
naturali et propria causata propter aliquam mutacionem
contrariarum mutacionum Haly Notum

Hoc dictum est amphorisma vnum et
eius glosa est hoc non motus stellarum
et virtutes que contingunt quecumque cum
suis motibus in terrenis sunt res ne-
cessarie et de facto dei quod mutari distur-
bare potest nec est res que mutari seu quanti
possit aliquam manere seu modo equaliter
res terrene recipiant opera suarum virtutum
et res naturalis et corruptibilis quando hee res
terrene sunt subiecte per se et retinet opera
corporum celestium in modo accidentis et in
modo singule sic res diminuta magis opera
recipit a perfectiori Et sic lucem recipit
diaphonum quod per potenciam a diaphono
quod est peractum. Hec autem verba demonstrant ma-
gnam potenciam ptholomei in sciendo divina
et naturalia Et omnia verba sua aperte
demonstrant sapientiam et posse suum in loquendo
de omnibus partibus philosophie Et illud
quod dixit quod aliqua accidencia contingunt hominibus
propter pestilencias generales et vniores et
non ex natura propria quam habet vnaqueque res
vult dicere quod quodlibet corpus rerum naturalium
recipit in principio a virtutibus stellarum
et propriam in omnibus suis mutacionibus
Et quando contingit per stellas res propriis
generaliores et maiorem virtutem quam ea que
pertinet ad quamlibet rem particularem
et ipsa generalioris et maioris virtutis
destruit accidencia particularia Et plus habet
posse omnia ipsa mutandi. Sic accidit
in temporibus quando aer mutatur quia nos tunc
datur mutacionem talem quod vix se aliquis
ab eo potest custodire quia nimium est
calidus aut frigidus uel putrefaccione cor-
ruptus quod in multis locis mortalitatem facit
Aut sic accidit in exagmine (?) plus ubi mo-
riuntur gentes multe Vel quod eveniunt
magne inundaciones aquarum quibus multi
pereunt Et ptholomeus in talibus

qualia hic reddit racionem quare est. propter eo
quod res maior vincit minorem et for-
cior debiliorem Et dixit accidencia per-
tinencia ad quamlibet rem sunt quod ea reci-
piunt per naturam horam quando generantur a corpo-
ribus celestibus mutant cetera per graciam
Et postquam ita est manifestum est quod omnia
terrena non recipiunt opera stellarum
necessario de modo quo mutari non possunt
ex eis tamen sunt talia et que ex eis que
possunt mutari et in talibus scire
prenosticaciones est perficuum valde magnum

Et postquam hec sunt sicut

proximo Vnde intelligimus in re-
bus omnibus tam universalibus tam par-
ticularibus quibus accidencia contingunt si
res prima forcior et maior fuerit
quam res alie contrarie sine dubio ne-
cessarium est ut maior sit permanens
et que sic non fuerint. Sed ambe sint
in debilitate equales prout de levi cum
aliqua preparacione mutari Et si accidens
contrarium non venit prima natura sequitur
Haly Vult dicere quod opera
que operantur stelle in terrenis tam
universalia sicut et particularia ea que
sunt propria quamlibet per se. Vnde manifesta-
tum sunt in ea hoc ea que fortis fa-
buerunt permanens esse oportet Ptolomeus
dicit autem quod in hac prenosticacione sci-
enda hec homo. Et quod blanditur volunta-
tem. ne si res ipsa impetuose con-
tingat. que vero habent gracia equalia
in virtute possunt mutari deleniret
primo eorum preparacionem aliquam de-
mari Et si in hoc preparacio non
fecit accidens eveniret quod primum
principium demonstraverat

Hoc autem erit necessitate et

non necessitate magna Haly
Vult dicere opera stellarum que habent ma-
gnum contrarium in virtute non sunt sub

ad nos nisi ueri te mag quia
si faciet praeparationem deuiandi ea
que non sunt necessaria ut contingant. et in
hiis scire pronosticatores magis est proficuum
quia malum in modo quod non
uenit poterimus deuiare. verbi gratia quando sci
emus quod virtus Martis faciet aliquam
infirmitatem de colera in capite vnius
nostrum huic obuiare poterimus temperando
coleram et complexionem suam cum
frigidis et humidis temperando. Et
quando hoc fecerimus poterimus illum ab
hac egritudine liberare. vel si acci
derit erit pauca multum in re eius
quam si nos non hoc fecissemus etc.

Hoc idem uidetur accidere in

omnibus aliis huius pertica naturalia
que non aliquorum lapidum est quod ve
getabilium animalium volucrum et in
mutatum operari rem aliquam necesse
sit quod aliter esse non potest. et eorum aliqui
operantur. sed nisi res habuerit
contrarium operantem. Haly. Dicit quod
hoc quod diximus non est in operibus stel
larum solummodo. sed est etiam in operibus rerum
aliarum naturalium. quia nulla rerum operi
suo habet rem contrariam quod possit eam
disturbare sic de igne magno
qui cadit in herbas siccas. aut
de corporum ictu multum forti uel ma
gnis et profundis vulneribus quibus
hoc alterari non potest. aut de forti
apparatu infirmitatis magne. vel de
infirmitatibus periculosis et fortibus
multum nam quamuis hiis sunt aliqua quod
homo non non preparationem quam faciat li
berari potest et illud accidens disturbari
Ptholomeus autem adduxit opera stel
larum et opera rerum terrenarum. ut
melius intelligere nos faciat. quod hec
ambo sunt res naturales et quod per mi

xi. Aliqua tamen eorum sunt que nullo disturbari
non possunt. Sed expedit ut sic ordinet
eorum sunt quae sunt. quidam quod ea contrariare potest

Conuenit enim ut hoc modo intelli-

gat illi quod de hac scientia scire voluerunt
que sunt accidentia hominibus contingentia. et quod prouideant
uidetur secundum naturam. non respiciatis
ad opiniones vacuas in suis iudiciis
Tamen quemadmodum sunt. quia sic hoc nequit modo
aliquo custodiri. pro eo quod cause quae
veniunt sunt multe fortes et magne
